



# BOLETÍN DEL CLERO

DEL

## OBISPADO DE LEON

### COLLATIONES MORALES PRO MENSE JULII

1.<sup>a</sup>

Quid sit Ordo=Ordinum numerus=an Omnes et singuli Ordines sint sacramentum=Quid est Episcopatus=an sit Ordo a presbyteratu diversus=quaenam sunt cujusque Ordinis munerera.

2.<sup>a</sup>

Quaenam materia et forma singulorum Ordinum=quae materia essentialis presbyteratus=an requiratur traditio utriusque speciei ad validam ordinationem.

*Casus*

Titius in sua ordinatione presbyteriali tetigit patenam et hostiam, minime vero calicem, praeterea certus est Episcopum substantialiter vitiasse orationem «Oremus, fratres charissimi» etcétera. Est ne valide ordinatus? Quid agendum in casu?

*Quaestio liturgica*

An et quandonam in missa diei fieri potest aut debet commemoratio pro defunctis.

3<sup>a</sup>

Quis sit minister Ordinis=Quisnam est proprius quod ordines valide et licite conferendos=an degradatus valide ordinet=an simplex sacerdos possit Ordines valide conferre.

4.<sup>a</sup>

Quinam sint subjectum Ordinis=an sit homo ante usum rationis=an requiratur ad licitam ordinationem divina vocatio et quae ejus signa=quae scientia requiritur ad presbyteratum=an peccet et quomodo clericus qui turpiter habituatus sacros Ordines suscipit.

*Casus*

Antonius, ne amitteret legatum a patruo relictum cum clausula «si ordinetur in sacris», subdiaconatum suscipit animo in eo Ordine sistendi, postea vero, spe ductus pinguem paroeciam obtinendi, et suscepto diaconatu, pridie ordinationem presbyterialem ad confessionale accedit manifestans propositum sese ordinandi, et ad hoc abhinc mense turpes amores, quibus irretitus erat, reliquisse, etiam ignorat quae ad rite confesarii munus obeundum requiruntur.

An et in quo Antonius peccet=est ne absolvendus?

*Quaestio liturgica*

Quando unaquaeque missa ex quator quae in missali pro defunctis assignantur dicenda sit.

---

# SAGRADA CONGREGACION DE INDULGENCIAS

## Decretum urbis et orbis.

EX AUDIENTIA SSMI. DIE 2 FEBRUARII 1897.

Iam diu apud Christifideles praesertim Italos ea in more est piarum laudum formula, cujus initium «Dio sia benedetto»: qui religionis actus, praeterquam per se optimus, etiam opportune valet, quemadmodum initio institutus fuit, ad honorem compensandum divini Nominis rerumque sanctissimarum, tam multis quotidie impiis vocibus passim violatum. Proximis autem temporibus inductum est multis locis, Episcoporum consensu vel jussu, ut ea ipsa formula recitetur publice in ecclesia, sive ad benedictionem cum Venerabili Sacramento imperitam, sive post divini sacrificii celebrationem. Hujusmodi increbescentem consuetudinem Ssmus. Dominus Noster Leo Pp. XIII, non semel, data occasione, probavit et commendavit. Nuper vero, quo illam vehementius commendaret eoque amplius foveret, constituit, tum eidem formulae laudem interserere in Sacratissimum Cor Jesu, tum augere munera sacrae indulgentiae, quibus ea donata est a Decessoribus suis Sa. me. Pio VII et Pio IX. Alter enim die 23 Julii 1801 concessit «indulgentiam unius anni pro qualibet vice laudes eas corde saltem contrito ad devote recitantibus». Alter vero, die 22 Martii 1847, «eam ipsam indulgentiam animabus quoque in Purgatorio detentis applicationem esse declaravit»; tum etiam eodem anno, die 8 Augusti, indulisit «ut omnes utriusque sexus Christifideles semel saltem in die dictas laudes per integrum mensem recitantes, indulgentiam plenariam, una tantum cujuslibet mensis die, uniuscujusque arbitrio eligenda dummodo vere poenitentes confessi ac sacra Communionem refecti fuerint; et aliquam ecclesiam seu publicum oratorium visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pias ad Deum preces effuderint lucrari possint et valeant; facta insuper potestate ipsam plenariam indulgentiam fidelibus pariter defunctis applicandi». Itaque Ssmus. Dominus Noster, quod spectat ad contextum

formulae earumdem laudum, statuit ut laudi cuarto loco positae, scilicet *Benedetto il Nome de Gesu* haec subiungatur, *Benedetto il suo Sacratissimo Cuore*. Quod vero ad indulgentiam attinet, benigne tribuit ut, confirmatis indulgentiis partiali et plenaria supra commemoratis, duplicetur ipsa indulgentia partialis, quoties eadem laudes publice devoteque (quocumque idiomate expresae sint) recitentur vel post divini sacrificii celebrationem vel ad benedictionem cum Venerabili Sacramento; quae item indulgentia cedere in suffragium possit animabus piis Purgantibus.

Praesenti perpetuis futuris temporibus valituro, absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria S. Congregationis Indulgentias et SS. Reliquiis praepositae die 2 Februarii 1897.

FR. HIERONYMUS M. CARD. GOTTI, *Prfectus*.

A. ARCHIEP. NICOPOLITAN., *Secretarius*.

*He aquí el texto de las preces á que se hace referencia.*

Bendito sea Dios.

Bendito sea su Santo Nombre.

Bendito sea Jesucristo Dios y Hombre verdadero.

Bendito sea el Nombre de Jesús.

Bendito sea su Sacratísimo Corazón.

Bendito sea Jesús en el Santísimo Sacramento del altar.

Bendita sea María Santísima, la excelsa Madre de Dios.

Bendita sea su Santa é Inmaculada Concepción.

Bendito sea el Nombre de María Virgen y Madre.

Bendito sea Dios en sus ángeles y en sus Santos.

---

## Sagrada Congregación de Ritos

---

*Se tolera la costumbre de recitar durante la Misa el Oficio de difuntos, fuera de las fiestas más solemnes.*

Proposito dubio a Presidibus Archiconfraternitatis B. M. V. in coelum Assumptae, quae erecta est in Paroecia loci Praenuncupati, Archidioeceseos Ianuen., nimirum:

An possit continuari consuetudo inmemorialis, qua recitatur vel cantatur a Confratribus Officium Defunctorum Dominicis aliisque festis de praecepto, dum iidem adstant Missae de die currente?

Sacra Rituum Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, attentis expositis et commendationis officio Rmi. Ordinarii Ianuensis, rescribendum censuit:

«*Posse continuari, exceptis tamen festis per annum solemnioribus, nempe duplicibus primae clasis et Dominicis privilegiatis item primae clasis*».

Atque ita rescripsit. Die 6 Septembris 1904.

D. Card. TRIPEPI, *Pro-Prefectus*.

† D. PANICI, *Archiep. Laodicient., Secretarius*.

*En la misa votiva «le Fidei propagatione», se debe usar el color morado.*

Rvmus. P. Petrus Xaverius Cazenave, Procurator Generalis Societatis Parisiensis Missionum ad externos, SS. Rituum Congregationi ea quae sequuntur humiliter exposuit; nimirum:

Die 5 Martii 1787 approbata fuit Missa votiva de Fidei Propagatione pro omnibus et singulis Missionariis ubique gentium existentibus, et die 21 Aug 1841 concessa fuit etiam Dioecesibus, in quibus adest Societas Propagationis Fidei in Gallia instituta. Nunc autem ambigitur et quaeritur: Quinam sit color paramentorum in praedicta Missa votiva adhibendus?

Et sacra eadem Congregatio in Ordinariis Comitibus die 29 Novembris hoc vertente anno ad Vaticanum habitis, re sedulo perpensa una cum voto Commissionis Liturgicae, rescribendum censuit: «*Adhibendum esse colorem violaceum*». Atque hanc Sacri Concilii resolutionem SSmus. Dnus. Noster Pius PP. X ratam habuit et probavit, die 14 Decembris 1904

A. Card. TRIPEPI, *Pro-Praef.*

† D. PANICI, *Archiep. Laodicen., Secret.*

*Sobre las prerrogativas de la Cofradía del Santísimo Sacramento.*

GOANA. (Goa Indias Portuguesas). El Excelentísimo señor Arzobispo de Goa, Patriarca de las Indias Orientales, suplicó reverentemente á la Sagrada Congregación la solución de las siguientes dudas:

1.<sup>a</sup> Si porque á la cofradía del Santísimo Sacramento corresponde la preeminencia de lugar en las procesiones Eucarísticas, tiene también la misma el derecho sobre las demás cofradías de llevar las varas del Palio bajo el cual es llevada la Santísima Eucaristía, é igualmente ir con cirios encendidos á uno y otro lado de dicho Pálio.

2.<sup>a</sup> Y en caso afirmativo, ¿se puede permitir por el Ordinario la costumbre en virtud de la cual las demás cofradías que en la fiesta de su Titular hacen la procesión con la Santa Eucaristía, lleven las varas del Palio y hachas encendidas á los lados, concedida en todo lo demás la preeminencia á la cofradía del Santísimo Sacramento?

La Sagrada Congregación de Ritos resolvió:

*Afirmativamente* á la primera; *Negativamente* á la segunda.

11 de Noviembre de 1904 — Card. TRIPEPI, *Pro-Prefecto*.—D. Panici, Secretario.

---

*Donde se celebran las exequias.*

A decem Parochis Civitatis Firmanae Sacrorum Rituum Congregationi sequens dubium pro opportuna solutione humillime propositum fuit nimirum:

An stante antiqua consuetudine, etiam actis Sinodalibus an. 1775 et 1845 confirmata, et nemine contradicente, Parochi ejusdem Civitatis deferentes cadavera defunctorum propriae paroeciae in alienam ecclesiam, possint non solum ingredi cum propria cruce et clero, sed etiam praesidere cum stola Officio defunctorum, quod fit cum cantu, et post Ps. *Benedictus*, absolutionem peragere juxta Rituale cum aspersione aquae benedictae, thurificatione et oratione *Absolve*,

haud obstante quod acta postremae Synodi Dioecesanæ, an. 1900 edita Cap. *De Funeribus et sepulturis*, part. III, tit. III, de supradicta consuetudine omnino sileant et tantummodo referant Decretum d. d. 23 Aprilis 1895 «servandum pro quibuscumque ecclesiis etiam collegialibus sive ad saecularem sive ad regularem clerum pertinentibus, quacumque in contrarium consuetudine minime obstante?»

Et Sacra Rituum Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, audito voto Commissionis Liturgicæ, reque accurate perpensa, rescribendum censuit:

Serventur in casu acta ultimæ Synodi Dioecesanæ et Decretum.

Atque ita rescripsit Die 1 Decembris 1903.—S. CARD. CRETONI, *Praefectus*.—L. † S.—D. PANICI, *Archiep. Laodicen*, *Secret*.

---

### *Acompañamiento de cadáveres.*

Sacra Rituum Congregatio, Ritualis Romani Rubricis pluribusque alias evulgatis Decretis inhaerens, declarat:

I. Cadavera defunctorum associanda esse cum unica tantum Cruce, quæ debet esse illius Ecclesiae ad quam corpus defuncti defertur, dummodo non interveniat Capitulum Ecclesiae Cathedralis, sub qua omnes incedere debent funus associantes.

II. Jus et onus inesse semper, etiam praesente Capitulo Cathedralis Ecclesiae, extra hanc tamen; parochi induendi stolam et officia omnia persolvendi super cadavere defuncti ad suam pertinentis Ecclesiam, usque dum e loco obitus ingressus fuerit Ecclesiam tumultantem: ad quam per alias quoque Paroecias libere transeundo (recto tamen tramite, nisi aliud consuetudo ferat) cadaver deferendum est.

III. Eundem Parochum primas habere partes super omnem Clerum; excepto (si interfuerit) Capitulo Cathedralis Ecclesiae, quod in associatione incedet post ipsum Parochum; excepto etiam Capitulo Ecclesiae Collegiatae, si ita consuetudo ferat. Hoc tamen in casu dignior Capituli Cathedralis incedat cum

stola et etiam cum pluviali, quod tamen non ferat Parochus; et id ipsum servabit, si Capitulum Ecclesiae Collegiatae post Parochum incedat.

IV. Si defunctus in alia parochiali Ecclesia sit tumulandus, illius uni Ecclesiae Rectori, stola pariter induto, jus et onus competere reliqua officia ibidem peragendi super cadavere; aliisque omnibus praecedere, ne defuncti quidem Parocho excepto, qui, cadavere ad Ecclesiae limen delato, recedat».

V. Haec autem omnia servanda Sacra Rituum Congregatio jubet pro quibuscumque Ecclesiis etiam Collegialibus, sive ad saecularem sive ad regularem Clerum pertinentibus, quacumque in contrarium consuetudine minime obstante.»

Atque ita decrevit et servari mandavit.

Die 23 Aprilis 1895.

---

## MONTE PIO DEL CLERO LEGIONENSE

---

### **Convocatoria á Junta General**

De conformidad con lo dispuesto en los artículos 91 y 94 del Reglamento, se convoca á los Sres. Delegados de Distrito é Individuos de la Junta de Gobierno, á la General que tendrá lugar, Dios mediante, el día 13 del próximo mes de Julio, en el Seminario Conciliar, á las diez y media de la mañana.

Los señores que asistieren como Subdelegados en virtud de lo que previene el artículo 92, deberán presentar, al constituirse la Junta, el documento que acredite la subdelegación extendido en papel simple.

León 14 de Junio de 1905.—El Presidente de la Junta de Gobierno, José Fernández Bendicho.